



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

103 Forma constit. Clement VIII. super aggregatione, & indulgentiarum communicationib[us] est diligenter servanda Idem, quòd supra num: 35.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

dum fuerint instituta, nec in loco, ubi sunt dicta hospitalia similes personæ, aut per pauci reperiantur fructus illorum, in aliud pium usum, qui eorum institutioni proximior, ac pro loco, & tempore utilior sit, converti debent, prout Ordinario cum duobus de capitulo, qui rerum usu peritiores sint, per ipsum diligendis, magis expedire visum fuerit, nisi aliter forte in eorum foundatione, aut institutione fuerit expressum quo casu, quod ordinatum fuerit, curare debet Episcopus, ut obseretur, aut si id non possit, ipse, prout supra viriliter providere tenetur, Concil. Trident. ind. cap. 8, de refor. sess. 25. & clem. quia contingit, de relig. dom. quæ in eod. cap. & in cap. 15, de reform. sess. 7, est innovata cum derogationibus in ea consensu tentis. Administratores autem, & seu gubernatores eorumdem hospitalium ad instar tutorum & curatorum juramentum praestare, ac de locorum ipsorum bonis inventarium confidere, & Ordinarij, seu alijs, quibus subsunt loca hujusmodi, vel deputandis ab eis annis singulis de administratione sua tenentur reddere rationem d. clem. quia contingit, §, ut autem, & ibi gloss. in ver. annū, Abb. Zichar, & Alexander in conf. 1. numero 4, lib. 7.

101 Si vero dicti gubernatores commiserint negligentiam, vel defectum, locorum Ordinarij, etiam hospitalia praedicta exemptionis privilegio munita consistant, per seipso, vel alios, præmissa adimpleri sovare tenentur, & gubernatores, seu rectores eisdem non exceptos propriis, exceptos vero, & alios privilegiatos Apostolica auctoritate compelle debent. Contradicto res cujuscunque

status, aut conditionis existant, ac præbentes eisdem circa præmissa consilium, auxilium, vel favorem per censoram ecclesiasticam, & alia juris remedia compescenda, ut in eadem clem. §, nos incuriam.

102 Hacque ratione, & auctoritate gubernatores, administratores, rectores, seu magistros hospitalium, & confraternitatum, sacrorum canonum, & facr. conc. Trident. decretorum contemptores, & transgressores, Episcopus, ut eorumdem executor, excommunicare potest clement. 1. de etat. & qualit. & Pius IV. in litteris confirmationis concilij incipientibus Benedictus Deus, § mandamus autem, de quibus insine conc. & in Bull. Rom. cap. 96, & ad id Episcopi tenentur, cum illis mandetur in virtute sanctæ obedientiæ, & sub poenis, de quibus in eod. §, mandamus, quod contradictores per sententias censorias, & poenas ecclesiasticas compellant.

103 Archiconfraternitates vero, & congregations aggregantes, aggregandi, & communicandi formam novissimè approbatam diligenter observare debent, juxta quam privilegia, & indulgentias, aliasque gratias sibi ipsis nominatim, & expresse, non autem per communicationem, neque ad instar, ut supra concessas, ipsis confraternitatibus, & congregations erigendis, instituteendis, & aggregandis, & quibus communicaciones fiunt, communicare possunt, ut in §, 104 insuper volumus, & §. ¶ non servata forma data à dicta constitutione, corruit aquus, & non valerat aggregatio, cap. cum dilecta, & ibi Felin. num. 6. circ. med. ver. gesta contra formam, de rescript. cap.

Ggg 3

fin.

